

- TEXTE : *Fabellae Lusoriae – Mus Urbanus et Mus Rusticus* -

John Kevin Newman, Professeur de Latin à l'Université de l'Illinois

Intrant duae dramatis personae, mus urbanus et mus rusticus

A Mus ego sum urbanus.

B Mus ego sum villanus.

A Perna ego vescar.

B Paupere ego esca.

A Mihi venter tumet.

B Mihi semper gemit.

A Mihi cauda nitida.

B Mihi cauda misera.

A Mi victus magnificus.

B Mi victus luctificus.

A Ego carnes edo.

B Grana miser ego.

A Cicer ego odi.

B Avenas ego novi.

A Amice, cur non vitam ...

B Quaeris, dices, laetam?

A Non venis ad urbem ...

B Ad rem meliorem?

A Ergo eamus caute.

B Hic apud te laute.

A Quot et quanta ponam!

B Qualem das luxuriam!

*Subito post scaenam auditur
canum latratus feliumque strepitus.*

B Pol, quid istinc urget?

A Venter se exercet.

B Felem extimescis?

A Feles quid tu fingis!

B Feles adest hostis!

A Vae!

Ego dentibus haereo.

B Ergo ego fugio.

A Vale, ego pereo!

B Vale, ego redeo.

